



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

41 Resignatio simoniaca, quomodo sit valida in odium resonantis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- stra Lobeus. C. de pred. min. c. cum Ecclesia sed si removeatur. de rescript. & Mascard concl. 687. num. 3. de probat.
- Sutrina. §. verum, quoniam de caus. poss. & propr. & Bart. in l. 1. ff. si quis jurisd. non est obtineat & absolutio ad effectum validitatis litterarum operatur, ut obtenta absolutione ab excommunicatione, illatum vigore possit postea beneficium, sibi collatum obtainere, quia per absolutionem restituitur ad omnia. Abb. in c. 1. in princi- vers. item si Episcopus de prescrip. & Felyn, in c. cum intern. 19. de excepc:
33. Quamvis enim à sententia t̄ declaratoria excommunicationis regulariter possit appellari gloss. in cap. cupientes §. insuper etiam in verbo privatos, & ibi Franc. Dom. Raven. de elect. in 6. Roman. sing. 213. post medium. Abbas in c. Parochianos n. 2. infine de sentent. excommunicationis, & Felyn. in c. Radulphus, numero quadragesimo tercio, de rescript. à declaratoria tamen data, vigore dicti Brevis, appellatio non admittitur propter clausulam, omni, & quacunque appellatione remota, cum decreto irritanti, & clausula sublata, &c. et quae propter generalitatem verborum, omnem appellationem comprehendit, & removet, ita quod aliter judicati non potest. Paris. consil. 38. num. 4. lib. 4. cum aliis alibi allegatis, secus, ubi adest clausula, appellatione postposita compescendo, vel appellatione remota simpliciter, quae in litteris Apostolicis in forma communis sub plumbo expeditis apponi solet, t̄ quia illa removet tantum frivolum, & injustam appell. c. super eo. de off. deleg. cap. licet. de off. ord. c. pastoralis. in prin. cum gl. in ver. expref se, de appell. Jas. in l. si u. pro quo, num. 5. 4. quod quis. jur. & in l. aperiſſimi numer. 18. C. de jud. Lap. alleg. 121. n. 4. vers. isem clausula. Rip. in cap. 1. num. 3. vers.
34. In litteris vero Apostolicis si provisio- nis beneficiorum per resignationem va- cantium solet apponi clausula, tu isti at- tente circumspicias; an in resignatione hujusmodi quam nos nullo vitio laborare perpendimus, intervenerit dolus, fraus, simoniae labes, aut aliqua alia illicita pa- ctio, vel corruptela, & ideo dubitari potest, an debeat pro verificatione, quod non intervenerit dolus, fraus nec simonia, aut aliqua corruptela, formari processus, Nam, aut praecessit accusatio, inquisitio, vel simplex est secuta denuncia- tio, & tunc Ordinarius litterarum execu- tor contra accusatum, inquisitum, vel de- nunciatum procedere debet, ut statuit Pi- us V. in constitut. 5. Cum primum. §. & ut premissorum, de qua in Bull. Rom. aliis non, 38. t̄ quia quilibet presumitur bonus. fin. & ibi Abb. num. 5. & Felyn. num. 11. de pre- sumpt. c. 1. & ibi gloss. in verb. estimare de- scrut. in ord fac. l. cum pater. §. rego ff. de leg. 2. t̄ & dolus non presumitur. l. me- ritio. ff. profec. & Paris. consil. 52. num. 27. vol. 4.
35. Nam t̄ renuntiatio beneficii simonia- ca non valet in favorem ejus, cui fit col- latio, & tamen non est nulla in favorem resignantis, ita quod jus adhuc remaneat penes ipsum resignantem, sed per resigna- tionem resignans titulum, & possessio- nem beneficii amittit. Rot. decis. 4. num. 4. de renunc. in nov. Gonies. de inscr. resig. quæst. 29. num. 3. Paris. consil. 13. §. num. 2. intentium, quod resignans per simoniam t̄ non potest beneficium resignatum repe- re, nec ille, qui illud per simoniam est al- secutus, retinere. Rebuffi. in prax. benef. de simon:

simon. in resignat. num. 2. par. 2. & Inn.  
inc. cum universorum, post med. de rer. perm.  
mut. tenet etiam resignatio simoniaca in  
præjudicium resignantis, si fuerit datum  
mandatum ad resignandum in favorem  
Titii, & non alias, aliter, nec alio modo,  
42 † quia quamvis clausula, non alias, aliter,  
nec alio modo, habeat verba præcisa, quæ  
necessitatem important, & inducunt for-  
mam, ita quod, nisi illud requisitum inter-  
veniat, annulet actum. Paris. conf. 19. n.  
17. 18. 19. & 20. volum. 2. tamen vigore  
resignationis simoniaca non est beneficiū  
resignatario conferendum, cùm ipso fa-  
cto, quod quis crimen simoniæ in bene-  
ficio committit, sit excommunicatus, c.  
cum detestabilis. §. statuentes, in extravag.  
com: de simon. quæ est innovata per conc.  
Trid. c. 14. de reform. sess. 24. & per Pium  
Quintum d. const. 5. cùm primū §. & ut  
simoniaca. Unde excommunicato, qui ad  
obtinenda beneficia est inhabilis, con-  
ferri non potest cap. postulasti. de cler. exc.  
min. cum aliis supra deductu, nec poterit re-  
signans ad beneficium resignatum redire,  
quia non uitetur juris concessione, sed illud  
fraudat. clem. uni. & ibi gl. in ver. utenti-  
bus. de rer. perm. ex quo delicto beneficium  
amisit, quia incidit in eandem excommu-  
nicationem. & iura disponentia † super  
44 simonia, quæ respiciunt salutem animæ,  
extenduntur, etiam de una persona ad ali-  
am, Abb. in c. extenore. n. 6. qui fil. sint leg.  
& Jas. in l. cum quidam. num. 24. cum plu-  
ribus seq. de lib. & postb. & etiam expressè  
45 est comprehensus, in d. §. & ut simoniace  
ead. §. const.

Hinc propterea infertur, † quòd be-  
neficia simoniacorum vacant ipso jure, &  
possunt impetrari, ut tradit Rebuff. de

Simon. in resignat. n. 11. sed regulariter con-  
tra simoniacum requiritur sententia priva-  
toria, & ideo litteræ Apostolicæ de confe-  
rendo propter simoniā, conceduntur in  
forma commissaria directe Ordinariis lo-  
46 corum, cum clausula † vocatis vocan-  
dis, quæ facit executorem mistum, qui  
partes judicis sumere, & juris ordine ser-  
vato, procedere debet. cap. exhibita. cum  
glo. 3. post med. & ibi Abb. nu. 6. de jud.  
Felyn. in c. de cætero. num. 10. de re jud.  
Paris. consil. 138. n. 6. vol. 4. & Rot. decis.  
12. de off. deleg. in no.

Ideò, † cùm collatio à cognitione cau-  
sa dependeat, non potest conferri, nisi post  
latam sententiam, lapsis decem diebus  
datis ad appellandum. Rota. decis. 2. in  
addition. num. 67. de rescrip. in nov. & in-  
teriori collatio impetrati fieri non potest, †  
quia licet condemnatus de simonia appelle-  
rare non possit Felyn. in cap. sicut. il primo.  
num. 1. de Simon. Marant. Specul. aut. se-  
cundum parvam impressionem. de appellat.  
part. 6. num. 298. dicta conclusio proce-  
dit, si notorie constet de crimine simoniæ  
per partis confessionem, instrumenta, aut  
alias concludentes, & indubitas proba-  
tiones: alias lata sententia super probatio-  
nibus dubiis, admittitur appellatio, & cau-  
sa committuntur, etiam in Rota. ut in de-  
cis. 6. de accusa. in antiqu. d. decis. 2. num.  
66. & 67. de rescrip: & decis. 4. post med.  
le seq. poff. & fruct. in nou.

Delegata jurisdictione † procedunt et-  
iam Episcopi, sive eorum vicarii in dispen-  
sationibus matrimonialibus, quæ quacun-  
que auctoritate concedendæ extra Romani  
curiam committuntur Ordinariis il-  
lorum, qui eas obtinent, & quæ grati-  
tiose conceduntur, suum effectum fortiri

B b 2 nea